


strum laborat terminare nobili temperamento per instrumentum sapientiæ prudentis. Quia considerationes, quæ circa temperamentum non sunt, nullo modo debent isti rei congruere. Nam extraneæ & elongatæ sunt à voluntate & considerationibus artificis, & per hoc talis considerator exul efficitur à toto fine bono, sicut ille, qui est extraneus, & alienatus per suum opus superfluum & phantasiam suam, quam perscrutatus est. Veruntamen temperamentum acquiritur per ingenium naturæ, aut magistri voluntatem in formento per intellectum ad unamentum rerum pertinentium & miscibilium scientiæ & artis informativæ in medicina unum habitum constituentis vel diversos aut plures. Quia temperamentum sicut est perfectivum actionis, non clarius cognoscitur, vel rectius conservatur aut reperitur, quàm per dictam scientiam, quia sive sit unus habitus, vel diversi: omni tamen tempore unus est solus terminus, & modus conservandi rectos terminos producendi ad finem dictum temperamentum, quod volumus significari per C. Intemperamentum, sive non temperamentum, est una innaturalis dispositio corruptibilis, quæ fit per elementariam dissolutionem, per quam immediatè corrumpuntur actio-



nes rerum individualium & naturæ, per elongationem aut labilitatem sui temperamenti, quod venerat per continuitatem & colligantiam suarum partium compositarum com-